

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**De trinitatis erroribus libri VII - Ettenheim-Münster 292**

**Servetus, Michael**

**[S.l.], 1531**

Liber III.

[urn:nbn:de:bsz:31-130099](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130099)

DE TRINITATE  
LIB. III.

Verbum caro factum est, Joannis est illustre -  
preconium, quod in sermone tenet. CHRIS =  
TIUS arcanus semper est promittendum, ex quo fa-  
cile intelligimus, Antequam Abraham nasceretur, ego  
sum. Ego enim sum illud dei oraculum quod ante  
Abraham prolatum et mani festatum, ab ipso Abra-  
ham est auditum et visum, voce enim visibili ante  
Abraham, imò ante Adam prolata. Christi-  
tam ab initio egredietur ex ore Dei, de quo ab eterna-  
tis exitu Mich. 5. ex semine egredietur dux, egres-  
sus eius ab initio a diebus eternitatis, ille qui in prin-  
cipio genitus est, ante Abraham genitus dici potest  
imò ante luciferum genitus dicitur est. et nota sem-  
per verba Magistri magistralia, nota presentiam  
essendi modum, ne semperam differentis in deo-  
ritate decipiaris, quia non dixit, antequam Abra-  
ham nasceretur, fui seu fueram ego, quasi caro, sed  
ego sum: quasi dicat, meum esse ante Abrahamita-  
tam esse, quia suum esse ex paterna prolatione in prin-  
cipio facta essentialiter dependet. Et ita Joannes di-  
cit quod ipse ab initio est, i. Joan. 2. Et ipse est ante  
omnes, Coloss. 1. quia suum esse ab initio est, et isto  
modo dicit ipse se à patre exisse, et in mundum ve-  
nisse.

nisse, quia suum esse et egressus eius à paterno pe-  
 ctore aeternale initium habet. sicut apud legistas  
 quis dicitur mortuus à die illati vulneris et sibi mor-  
 tem causavit. Ita Dei filius Jesus dicitur natus et  
 genitus à die prolati verbi, à quo omnem essendi mo-  
 dum essentialiter habet, et filius Dei factus est filius  
 hominis, quia aeternaliter ex deo natus, temporali-  
 ter post ex homine nascitur, licet non sit nisi unicus.  
 Quis etiam, si concedo, filium Dei inducere car-  
 nem, aut si velis, in carnatum, nam et Baulus de ter-  
 reno suo tabernaculo loquens, expoliari et super-  
 vestiri se dicit, quia in dictate spiritus, ita secundum  
 misericordiam hominem loquitur Baulus, quasi si qua  
 dam res alia quàm carnem tanquam vestimentum assu-  
 mit et deponit. Similiter Job 30. Pelle et carnes  
 pertiisti me. Ergo longe clariùs et sine proportione  
 facilius, de CHRISTO hoc verificatur, nam spiri-  
 tus est qui loquitur, qui in Christo sine mensu-  
 ra est. Hanc similitudinem accipe, si potentia mihi  
 daretur, ut vice seminis viri, per ovis flatum in mu-  
 liere filium generarem: tunc si emissio flatu, ego re-  
 ceberem, dicere mulieri possem, filium genui, filium  
 mi se relinquo, qui, veniente tempore plenitudine fa-  
 ctus homo, ex te nascetur. Et licet ista sit incerta di-  
 cere, meus flatu est filius, imò, verbum meum erit

A.A.

## DE TRINITY

michi filius, famen ratione seminalis virtutis in-  
nitum filium dicimus, non quod fuerit realis genera-  
tio flatus illius seu verbi à Deo prolata. Sed externa  
illa verbi prolatione facta est carnis generatio.  
Crassa ista similitudines tibi forte videbuntur.  
Sed ne mireris, in firmiores oportet lacte potare, si-  
bi autem in sequentibus erit solutus cibus.

Ex his intelligitur, id quod Joannis primo dixit  
praecursor Baptistae, Hic est de quo dicebam, quicum  
me sequeretur, ante me factus est, ille enim prior me-  
erat, et de eius plenitudine omnes accepimus. Et sic  
ponitur òπ̄ principium sequentis orationis, nec po-  
test esse sensus, ante me factus est, quia prior me  
erat: Sed sensus est, hic est de quo dicebam qui post  
me veniens, iam olim ante me factus est. Et iterum,  
hoc quasi recapitulans et declarans addit, quoniam  
prior me erat, et eius gratiam omnes accepimus: nec  
vox òπ̄ apud Joannem facit ita crudam causalem so-  
lum, eius evangelium plenam est illa dictione, nec  
solum ipse aliter capere, immò in eodem capite plu-  
ries eam repetit dicens, Hic prior me erat, Hic lex  
per Moysen, Hic non sum ego, Hic prior me erat,  
Hic vidi spiritum, Hic hic est filius Dei et mansit  
Ramis satis explicaret, dicendo, quippe prior me  
erat, quare quidem siquidem prior me erat, et ego  
nesciebam

nesciebam, licet etiam per dictionem, quoniam, optime  
 legatz. Item illam causalem non esse illius dicti cau-  
 sami, infra ostendit, repetens illud dictum sine illa cau-  
 sali, et iterum hoc repetit inferius dicens, testifica-  
 tus sum quod post me veniet vir, qui iam olim ante  
 me factus est, et huius testimonij rationem postea  
 reddens, addit, quoniam prior me erat et nescieba-  
 tur, ac propterea testificatus est mihi Spiritus ut ma-  
 nifestetis in Israel. Super ex hoc tam aperto Jo-  
 hannis testimonio te exhortatus sum, ne Jesum  
 Christum neget esse filium Dei. Collige etiam  
 hic validum argumentum, ut tibi dicant, quis est ille  
 qui iam olim factus est, acerrima est enim Arriano *Nota haec*  
 rum, et aliorum super illo dicto contentio, et res *duo, Factus,*  
 alias alij philosophantes, seipso confutunt, ab eis *et olim.*  
 omnibus hoc unum petere voluissim, an haec quam  
 retuli Christi generatio ab initio facta videa-  
 tur eis esse divina, an potius humana? si ergo vere di-  
 vina est, ad quid, philosophantes alias inter se ge-  
 nerationes quarunt. Si Jesus ille Nazarenus,  
 quem scriptura praedicat, ea generatione ita magni-  
 fice genitus est, ille qui genitus est, filius Dei. Er-  
 go de nihilo prodest alium filium philosophari: nam  
 hic ilare vides hunc esse illum Melchisedec, cuius ge-  
 neratio erat hominibus ignota, Hebra. 7. Et ex ge-

## DE TASCHITATE

nerationis modo cognoscit, quis sit ille filius. Hic  
quò sentat ille Matthæi sermo. Christi autem  
generatio sic erat, an loquitur de generatione istius  
secundæ rei? an potius generationem hominis, quæ  
occulta erat, nobis aperit? Ergo ille qui genitus  
est filius dicitur, nec generationem altioris rei in  
Scriptura leges, genitum cum clare videt, et à solo  
Deo, et negat eum esse filium Dei.

Hic distinctio-  
nem habent in-  
prompta, sed  
alterum gene-  
rationis mem-  
brum non pro-  
band.

Ex his clarus redditur ille hactenus difficilis locus,  
Joan. 8. ubi Magister dixerat se esse, et nisi ero-  
dideritis quod ego sum, moriemini, et qui ei  
eius esse, scire volentes, interrogant, tu quis es, quem  
scriptum facis, quid esse dicis? Respondit Jesus.  
Ih̄. ἀρχὴν hoc est, à principio sum ὄν. καὶ λα-  
λῶ υἱὸν. quasi dicat, à principio sum utcumq; et  
loquor vobis, et dictio ὄν ex abundantia solent ali-  
quanto poni, à principio sum, et loquor vobis, seu  
isti admirandi causam exhibet, quasi dicat, quod potest  
hoc esse, nam utcumq; vobis loquor, tamen à  
principio sum, et hic est modus loquendi, ut atten-  
tius, qualiter hoc sit, consideremus. Et ita Cri-  
stus magistraliter eis loquitur, ut eorum rudes  
animas excitaret. Obstupescite igitur et miramini  
quia ille qui loquitur ab initio est et iste est verissi-  
mus intellectus verborum Christi, qui conse-  
quenter

quenter loquitur, Semper de Clarans, se esse, ante om-  
 nes esse, de supernis esse, a patre missum et ad ha-  
 infra repetit, antequam Abraham nasceretur, ego  
 sum. Et Licet non sit vox Latina, qua plene significa-  
 tum dictionis 971. evaeret, tamen sonitus est a princi-  
 pio sum quippe, et loquor vobis a principio sunt,  
 utcumque et vobis loquor. Et ita solebat ipse dicere,  
 ego sum qui loquor vobis, et qui loquitur tecum ipse  
 est. Illa clare et intelligibiliter de se testificabatur,  
 ut sit plus quam coecus, qui non videat, et hoc est mi-  
 rabile in oculis nostris, ut cum Clarans ex coecati  
 non intelligamus eum qui loquitur ab initio esse, non  
 videmus hanc esse illum Melchisedec, qui nec initium  
 dierum neque vitae finem habet: clare enim indicat ibi  
 Christus se non habere initium dierum imo  
 ante omnes dies admittis esse. Si ad huiusmodi  
 visis phisicis, quin quaginta annos nondum habes  
 et Abraham vidisti, mendacem eum facis, nam vide  
 quis est qui loquebatur. clarum est quod de se et non  
 de secunda illa re loquebatur. vide quomodo cano-  
 nis quod Abraham vidit dies Christi, absque hoc  
 quod rem aliquam in ipso Abraham hypotatice uni-  
 form ponas, nam si dicat quid spiritu vidit, propor-  
 tionabiliter potuisset dicere quod Christus  
 in spiritu Dei fuit prior quam Abraham, nam et ha-

DE TRINITYTATE

bens Spiritum mundum potuisset dicere, antequam  
 Abraham nasceretur, ego sum; quasi non homine, sed  
 spiritu ipso loquente. Ergo multo fortius potuisset  
 de Christo verificari nam Spiritus  
 in Spiritu Dei processit. omnia tempora.  
 Hic Spiritus Christi, est aeterna Verbi Dei  
 virtus, sicut dicitur Petrus. 9. qui per Spiritu a-  
 nam se ipsum obtulit, eodem modo de aeterno Chri-  
 sti Spiritu loquitur Petrus Cap. 3. Epistola prima dicit  
 dicit, vivificatus in Spiritu in quo et Spiritibus, qui erant  
 in carcere, veniens predicavit. Quem locum hic  
 explicabo, quia multum ad Christi cognitio-  
 nem conducit. alii aliter intelligunt, tamen ego, nisi  
 ex aliarum scripturarum collatione nunquam pro-  
 prium intellectum meo sensu auserem afferere, pra-  
 cipue, quia ibi Petrus ad dictum generis manifeste  
 se refert, et Rab. Moyses Aegyptius libro perplexi-  
 rum primo Cap. 29. cum Petrus concordat, exartans  
 qualiter generatio tempore diluvii rebellavit. Et sa-  
 pientia 10. dicitur cum se nationes extulissent. Haec  
 ipsum est quod Petrus inobedientes et rebelles di-  
 cit. Et Petrus ibi Christi Spiritum virtutem  
 aeternam ostendit, et Christum fuisse obli-  
 servatorem per aquam sicut nunc per baptismum  
 nam et Magister, a quo Petrus id accepit, in dicitur  
 gelio



gelio dicit Noe sibi comparat et Apostolorum praedicationes non transgrediuntur limites desertorum Magistro, ideo enim discipuli vere dicuntur. Et ista non impudenter utratro nostro sensu transgredimur, nec aliquis habemus quod Christi discipulos sapiat.

Sicut Deus igitur egressus est in Aegyptum, isit et transiit per medium Aegypti, primogenitos interficiens. Ita tempore Noe transiit per medium mundi, et sic profectus in eos sententiam protulit. Transiit dico, oraculo suo, faciens eis mala, quae locutus fuerat. Quod translator noster dicit praedicaui, graece est ἐκκηρυσεν, quod praconizate significat, id est, promulgavit decretum, notam fecit eis, sicut et pharaoni potentiam suam. Hoc facit, quod in sequenti epistola ab eodem Petro, de eadem re loquente eiusdem significationis vox repetitur, dicens, Noe iustitiae praconem, nam κηρυκτα, quos noster, praconem interpretatur est, proprie caeciatorem significat, qui est legatus semperis belli et sic Christus eis bellum indixit. Item nota verbum iustitiae, fuit enim ibi iudicium. Προεδειξ: id est, profectus cum scripsit, cum iudisset ad eos puniendos, sicut solet ipse dicere, veniam, transibo, descendam, loquar super eos, faciam

## DE TRISTITATE.

sicut locutus sum. Sensus igitur est, quod profeta  
proclamavit, seu locutus est eis iudicium. Et haec  
quod dicitur, condemnabit mundum Heb. undecimo.  
Similiter contra Aegyptios gentem, cui servierit ju-  
dicatus ego dicit Dominus. Et in hoc sensu capitulum lo-  
cus qui iudicium Hier. 1. et 39. et 4. Reg. ultimo est,  
habet mirabilem Spiritus Petri interpretationem non  
omnes illi motus <sup>יהוה</sup> omnes quas unquam in le-  
ge reperies ejus actiones, dum <sup>יהוה</sup> videbat, liquebat,  
ibat, veniebat, transitat, Descendebat et operaba-  
tur erant motus Elohim, erant Christi in Deo  
personales actiones, quia tunc Christus erat  
apud Deum. Hoc autem dicenda serviet, et infra dicit  
intelliges omnia ista jam ab antiquo Christo  
tribuit Habacuc Cap. 3. dicens: Elohim a meridie  
niet, ille terram altis gentibus dedit, combuit montes  
longi axi, incurvari fecit colles seculi, itinera aeter-  
nitatis ei, itineris, inquam quia jam ab aeterno itine-  
rat, venit et super omnia transit, et voci <sup>יהוה</sup>  
convenit quod Petrus dixit <sup>Πατερ Δευ</sup>. idem enim  
significat <sup>יהוה</sup> et <sup>Πατερ Δευ</sup>.  
Quod Spiritibus, dixit Petrus, cogitationes eo-  
rum notat, a malis Spiritibus oppressas. sicut dicitur  
quod omnis cogitatio cordis esset ad malum inten-  
ta, sicut Babelus, dum erat quartio <sup>יהוה</sup> <sup>Πατερ Δευ</sup>  
gitati

gitationibus hominum ad obsequium Christi,  
 dicit esse pugnam adversus Spiritus regnum, qui re-  
 proborum mentes tenent captivas. Et sensus est, illis  
 in carcere Spiritibus, id est, qui Spirituali carcere te-  
 nebantur, seu quorum Spiritibus erant in carcere,  
 Schematicè enim locutus est, sed non sine magna em-  
 phasi, et Spiritus vocans, alludit ad id quod angeli  
 vocabantur. Sed erat Spiritualem carcere, et à malig-  
 nis Spiritibus facti contumaces, malignus enim Spiri-  
 tus secundum Paulum, est Spiritus agens in filius con-  
 sumacibus, Ephe. 2. Idem enim illi dicunt, fuisse re-  
 belles et contumaces. Nota etiam, quod vocis  
 φυλακή. Significatio habetur ex verbis Magistri,  
 ad cuius dicta est semper recurrentum panis enim  
 Matth. 24. Eadem vox et est eadem materia de qua  
 hic et ibi fit mentio, et ut valla ibi notat φυλακή  
 est custodia noctis, cum fures veniunt, et homines  
 dormiunt, et tunc Spiritus immundi imperant. Et ibi  
 Apoca. 18. tam de Spiritibus quam de phylaki fit men-  
 tio. Illi igitur miseri angeli à tra nocte dormiebant,  
 et tanquam fur eos repentinus coepit dies, inruit  
 Christi et etiam Belus, quod nocturnus in-  
 eos inruit Cataclysmus, nam hoc ipsum est nostro-  
 rum carcer Spirituum, horre et potestas tenebra-  
 rum in noctis etiam silentio primigenitos in Agypto

## DE TRISTITATE

interfecit, et ibidem Quamvis pro nocturna ob-  
servacione capitis, Exat. 12. Nota qualiter Cri-  
sti sermo cum eo, quod de esse dixerat, contexi-  
tus, et qualiter verba Petri respondent spiritibus  
ergo improperat, quia non vigilabant, ut Christi  
suis praecepit, et spiritibus in noctis custodia cor-  
mientibus, quasi repentinum fulgur non dat erigilan-  
di spacium. Sunt etiam alia circumstantia quae in  
causa fuerant, ut Petrus de spiritibus loqueretur,  
scilicet ex motu loquendi litera generis, quam Be-  
trus servat, nam ibi dicitur, percussit omnem  
manu, omnem spiritum a medio sustulit. Non dicit  
Deus in corde suo, et factus dolore cordis intrinse-  
cus, videns cogitationes intentas ad malum. Senten-  
tiam spiritu suo protulit, dicens: auferam spiritu  
eorum. Proprie enim homine dormiente, videtur ab  
eo spiritus auferri, praecipue quando sit suffragio,  
ubi intrante aqua anhelitus extinguitur, et sic in spi-  
ritibus sententiam executioni mandavit. Sicut et  
in spiritibus erat sopor nocturna philatis, quorum  
utrumque pulchre comprehendit Petrus.  
Ex quo discamus, quod fortissimum Dominator  
rituum universae carnis, dum non cogitamus, seu  
dormimus, in spiritu operatur, quod nostris  
est accommodatissimum, nam omnes in philati dor-  
munt

ultimam notis  
esset tantum  
studium motus  
loquendi serm  
ptura servan  
di.

miunt: nec sine causa Christy et Petrus no-  
bis hoc refricant, quod enim lotie in superficie terra  
videmus, nisi filios Elosim, filios magnatum, adulle-  
rimos Ecclesia Pastores, omnes genus expiationibus  
ductos: qui sicut et illi comedunt, et bibunt, et luxu-  
ria vacant, non est qui Christum requirat, -  
et dicunt, errare non possumus.  
videt, in dictis contrarietas, quomodo dicitur  
Deus, Spiritus meus in homine, si malignis spiritibus  
ducebatur, ad hoc dicendum quod Spiritus hominis  
semper, aut Spiritum Dei, aut Spiritum diaboli sepe-  
rem habet, et super hoc contingit digladiatio: nam  
etiam si a malo spiritu agitemur, semper tamen spi-  
ritus Dei nos aliquando monet, et quam videt nos  
in corrigibiles, ait, non contendet Spiritus meus in  
homine, quia caro est. Et hoc ibi sonat hebraice  
וְרוּחִי לֹא יִדְבַק בְּכֶם לְעֹלָם. id est, non iudicabit, non litigabit spiri-  
tus meus in homine et aeternum. Sed semel et suffi-  
nitiva sententia tunc fuit, et hoc est quod Petrus dicit  
ἐκ τούτου. omnia enim si conferas sume concordant.  
Paulus Eph. 3. Coloss. 1. prima. Corin. 9. et He-  
bra. 1. et 2. dicit quod Deus per Jesum Chri-  
stum filiam suam uniuersa condidit, cuius rei in-  
tellectum, oportet et inquiramus, fortuosissima enim  
est eorum interpretatio, qui per secundam illam rem fe-

## DE TRINITYTATE

ita esse secula intelligi volunt, cum unicus Pauli  
sermo de nomine JESU CHRISTO loquatur.

Sciendum igitur quod quando Verbum caro factum est, tantum in ea re latet arcanum, ut illa eadem et facta, sicut tunc erat, est nunc in Christo, propria ipsius facta, ut dicat Christus - cum suam esse, sicut dicit, omnia quaecumque habet pater, mea sunt; et aequae potestatis Verbi, facta est potestas carnis. Ideo Christus sua virtute facta esse secula dicere potest. Et idem est quod dicam, per me factum est, aut mea virtute factum est: et nota per ipsum, nam aliis sonat dicere Christus - creavit, aliis, per Christum creata sunt. Et haec est Pauli sapientia, qui solus de hac re meminit, nec est sine significatione, quod totiens repetit Paulus, per filium, per Christum, per quem, per ipsum, id est, per arcanam ejus Verbi virtutem. etiam per te factum dicere potes, id quod olim per Spiritum tuum factum fuisset, si Spiritus carnem praecessisset. Et hunc talem Spiritum in te esse considera, et aliquis talis malignus Spiritus erat in Simone Magico, dum sua virtute facta esse secula dicebat, et Aristotelorum enim disputationibus illum motum loquenti,

queri usurpaverat, ut non magis crederet, et Apo-  
 stolis, per Christum facta esse secula dicentibus,  
 sed, quoniam sibi de se ipso talia iactanti. Si igitur ad  
 imaginationem in te esset, sicut in Christi deo  
 erat veri virtus, et aeternus spiritus, tunc si spiritum  
 loquaris, posses dicere te tibi fuisse, quia caro nihil est,  
 et de illis omnibus memor esses, et rerum creatio-  
 nem, facie ad faciem, tibi praesentem infra te ipsum  
 conspiceres, et diceres per te esse secula condita  
 id est, verbo virtutis illius quod in te est. Et hoc sen-  
 tit Apostolus in dicto cap. Hebr. 1. nam sicut de crea-  
 tione dixit, ita de gubernatione et moderatione ad-  
 dit, ut per Christum fieri et gubernari di-  
 cantur, ea quae verbo virtutis sua fiunt et guber-  
 nantur, nam deus praemixit cum virtute et poten-  
 tia, et quia verbum quod erat in principio, erat ipsa  
 Christi virtus. Ideo dicitur, Tecum principiam  
 in die virtutis tuae, nec sine significatione Chri-  
 sti niter caetera Dei virtutem vocat Paulus.  
 Ista eadem ratione Apostolus in dicto cap. Ephe-  
 siorum 3. sentit omnia esse per Christum con-  
 dita, per totam illam epistolam exclamans, in Chri-  
 sto super eminentem magnitudinem virtutis Dei, et  
 efficaciam potentiae virtutis ejus eminentem opulen-  
 tiam gratiae, inestimabiles divitias latitudinem, lon-

## DE TRINITATE

gloriositatem et sublimitatem, et sic arcano modo per  
 Christum facta esse secula notat Iren. Sen-  
 sus notat, in dicto cap. Gloss. 1. ut per Cri-  
 stum id est, per eam, qua in illo est, universam  
 plenitudinem, efficaciam in mysterium, dicat, Deus  
 omnia creasse et reconciliasse. Istum esse personam  
 etiam indicat Iohannes, eodem cum Paulo Spi-  
 ritu ductus, et cum eo concordans, nam que Paulus  
 per Christum, Iohannes per ipsum sermo-  
 nem facta, dicit, quasi ea sit Ratio Christi, qua  
 olim fuerit sermonis virtus.

Christy ergo, sicut intra seipsum, ita  
 etris Majestatem in se manentem conspiciebat, dum  
 dixit, Nemo novit patrem nisi filius, et sicut phari-  
 saeorum cogitationes Spiritu suo cognoscebat, Mar-  
 ci 2. Ita etiam cum in Spiritu Dei praeceperit omnia  
 tempora, verba sua proferebat eo modo, quo ea ab-  
 aeterno apud patrem fuisse Spiritu suo contem-  
 plabatur, et omnes res à deo creatas ea virtute quae in se  
 est, factas conspiciebat. Et sic qui Spiritualem  
 virtutem considerat, per Christum, et per eius-  
 dem igitur facta sunt secula, quia omnia quae ma-  
 nis mea fecit, per me facta esse dicam, et verbi  
 initio probati, virtus est ipsius Christi, et sua  
 est,



est, et ita Christo appropriata, sicut manus corpori, et digito Dei eibeta harmonia, dicebant, a Christo eici, et id ipsum est verbum Dei - et spiritus virtutis Dei, Matth. 8. et jr. et luc. 11. Ergo per Christum facta sunt secula, quia digito eius facta sunt.

Cognita Dei in Christo virtute, qua per ipsum facta secula dicimus, verificabimus quod digito se potestatem habere animam ponenti, et iterum eam sumendi, nam cum divinitas sit homini iunxta, omnis paterna potestas est in me et mea est, ideo potestatem habeo omnia facienti, et divinitatis virtute qua me a sepulchro excitabit mea est, ideo virtutem habeo et potentiam, animam ponenti et reassumendi. Pater dedit filio vitam habere in semetipso, potestatem habet vita et mortis: sed postquam mortuus fuero, ego non suscito me ipsum, sed pater me resuscitat. Etes enim animadvertere, quod in scriptura non semel et iterum, sed saepe saepius legitur, quod pater eum resuscitavit. Unde illa propositio, ille resuscitavit seipsum, sophisticata est et extra sanctas scripturas. Ego intra limites scripturae me contineo, et dico illum habere potestatem, nihil omnino tamen postquam mortuus fuit, eum pater resuscitavit. Locutus vulgatum e graeco additionem, dixi, tacum

R. B.

## DE TRINITATE

principium, ne quis me calumniari dicat, nisi iuxta  
 Falsa litae suam literam ei satis faciam. Sed res ex principio  
 non potest nisi populi eos facere principium, nam <sup>de xh</sup> pro po-  
 si dicimando populi magistratibus cepit, quos ex Hebraico vult  
 interpretari se ostendamus. In Exodo scriptum est, principium  
 populos dona obtulisse, ad extruendum et decoran-  
 dum sanctuarium. Exod. 25. 35. et 36. Huic simile, in  
 proposito dicitur, et quos ad historiam affinet, lo-  
 quitur ibi David de spontanea populi oblatione ad ro-  
 nam sanctitatis decorandam tempore Salomonis fa-  
 cta i. Paralip. 29. et sub hac historia typo futuram  
 Christo praedicit David spontaneam oblatio-  
 nem, et cum maiore sanctitatis splendore Hebraice  
 sic habet יהוה אלהינו יי היהוה אלהינו יי היהוה אלהינו יי id est,  
 populus tuus spontaneae affertentes in die iudicis  
 tua. Spontaneam dixit ad differentiam . . . Leui-  
 tici 22. et Deut. 12. Et hac spontanea oblatione p-  
 candem vocem היהוה אלהינו יי loquitur Mal. 46. et 53.  
 Ezra 1. Similiter Ezech. 44. 45. et 48. Item et de-  
 hoc loquitur Esa. 64. et Mal. 71. Nec obstat quod au-  
 rum de Arabia Christo datum non videmus,  
 nam in terminis, legis seu historiae solent propheta-  
 re propheta, veritas litera ad historiam pertinet  
 spiritus, oblatio, et spirituales hostiae ab Cri-  
 stum expectant. Sufficit Salomoni data esse  
mura

munera et oblatum esse de auro Arabia et Tar-  
 sis. 3. Reg. 4. et 10. et 2. Paralip. 9. Item, quot Bro-  
 pheta de hac oblatione loquatur, comprobatur ex  
 eo quot dicit, in splendoribus sanctitatis, quot di-  
 ctum declarat. 2. Paralip. 9. et 1. Paralip. 16. ubi etiam  
 est sermo de hac oblatione et de splendore seu glo-  
 ria sanctitatis, locum enim sanctum, pulchrum et  
 gloriosum, vocant propter rituum sanctitatis, in-  
 curvate vos Domino in gloria sanctitatis, id est, in  
 templo sancto, 2. Paralip. 29. Et pluraliter sic dicit, pul-  
 chri sumus, ad significationem in ten den dem, qui  
 multiplex gloria splendor. Id ipsum ergo hic dicitur  
 quot 2. Paralip. 69. In Templo tuo in Hierusalem tibi  
 offerent reges munera. Et sicut terrenam Hierusa-  
 lem nos non curamus, ita de auro Arabia inutiliter  
 quaerimus: maiora enim Christus requirit,  
 qui et in hac quaestione de templo corporis sui nos  
 docet, et loquens in hac re de regina Sabba, dixit,  
 Ecce plus quam Salomon. Hic non quaerit Chri-  
 stus qua nostra sunt, sed nos ipsos  
 Patrem esse in nomine (quot ego ex verbis illa-  
 gistri doctus firmiter assero) negant aliqui, quasi  
 hoc videatur patri passivum. Sed nescio, unde haec  
 vanissima imaginatio sequatur: Si sapientia illa com-  
 munitio in didmatum esset à mentibus hominum

K.A.

## DE TRINITATE

abolita, facile hic scrupulus cessaret, nam cum dico  
filium, carnem nolo: nec dico eum qui erat in filio  
passum, sed filium passum. Sicut propria passio car-  
nis est nasci, illa propria passio carnis est pati, flagel-  
lari, crucifigi, mori, et resurgere: nec aliquo modo  
ad spiritum illa attinent, anima etiam non moritur,  
sed caro. Quis tam profanus concederet, angelum in  
me existentem, mortuum esse quonia ego moriar:  
et quis non fascinatus dicere audeat, quod secunda  
illi dei natura sit mortua, quam ridiculosa mors  
eius qui mortis cruciatus magis quam iste lapis non  
sentiat, eos ego voco dei passianos, quia dei natu-  
ram mortuam, seu rem illam quam dei naturam esse  
dicunt mortuam, concedunt. Sed ego nunquam con-  
cedam aliquid mori, quot mortis dolores non pati-  
tur. Et Sabelliani dicti sunt Patripassiani, quia verbi  
oconomiam non intelligentes, filium alium, quem  
et patrem esse dicebant, cruci fixum, mortuum, et  
sepultum concedebant, dicentes, quod pater est eu-  
ro factus: sed miserabiliter lapsi sunt, quia metaphy-  
sico modo de verbo loquebantur, de natura eius in-  
quirentes, quod est abasus, ut ostendam libro sequen-  
ti: et universi erroris eorum causa erat, quia philo-  
sophi erant, et unum alium filium praeter Chri-  
stum faciebant, que omnes motus patri identi-  
ficantes

ficantes in hanc confusionem devenerunt. Et ut Athanasius refert, omnem patris proprietatem et nomen imaginario illi filio tribuebant. Sic arguebant, Verbum factum est caro, et Verbum est pater, ergo pater factus est caro. Sed hic paralogismus est plane sophisticus, et fallacia accidentis, cum Verbum caro fieri nihil aliud sit nisi actio divina dispositionis, nec potest ex hoc aliquid inferri potius quam ex accidentali aliqua mutatione in ferri potest, quatuor efficiaris lapis, immo longe disparatior est illa, Pater est caro factus. Et visis libris sequentibus iudicatis ista esse recitatione indigna. Item illa, pater est Verbum, est ita disparata, sicut ista, curus est paterfio. Item, in feras tu, Verbum caro factum est, et Verbum est illa essentia, illa summa res, ergo essentia illa est caro facta, et sic eris tu essentia patientis. Quod tamen patrem in Christo esse dixi, docet me ipse Magister Ioan. 14. Semel et iterum dicens, Pater in me est, pater in me manens. Et 2. Corinth. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians. Et Ecclesiastici 24. qui genuit me requiescit in tabernaculo meo, modo quid, tabernaculum quod genitum est, nisi ipsa caro.

Quæri potest, quomodo Christus dicitur  
 fux sapientia Dei, virtus Dei, et splendor gloriæ.

## De Trinitate

Hac de nominibus abstractis quartio, scotistis forte  
faciet difficultatem, sed Hebraeis nulla est. Quia  
sunt apud eos nomina terminata in el, et jah, quae  
hanc habent significationem, licet nos per nomina  
abstracta interpretemur. Est etiam Hebraismus, quo  
dum excellens aliqua Dei proprietas seu dispositio  
alicui convenit, ipsam met nomine illius dispositio-  
nis nominatur, ut res fortis, fortitudo Dei res sapientia  
sapientia Dei, medicina Dei, salus Dei, sicut et  
mons magnus, mons Dei, et excelsi cedri, cedri  
Dei, res pulchra et sancta, ut dixi, vocatur pulchritudo  
sanctitatis, et splendor sanctitatis, et gloria  
sanctitatis unum alium nomine saepe vocamus in  
signum patriae decorem et splendorem, immo per  
excellenciam Christo haec conveniunt, nonne  
ille idem, quem splendorem gloria vocat, est, quem  
Deus constituit Herodem, Hebr. 1. Quis in re tam  
aperta equivocationem tolerabit, ideo istos locos  
potius deberem ego contra te inducere, ad proban-  
dum quod sic sunt hominis accidentia: ridiculum  
enim est Dei naturam illis titulis extollere. Quis  
etiam, si Christum iustitiam Dei esse dicit,  
poteritne ex hoc aliquis philisophari? vide quales  
ser de Simone Mago dicebant, Hic est virtus Dei,  
quae vocatur magna Acto 8. ex quibus verbis uni  
qua

qua p[ro]p[ter]ea s[ed] discimus ut ex tam aperta loquendi mo-  
 do non erasuramur Christum Dei virtutem  
 tam dicendo, ipse est pax nostra, justitia nostra, et  
 sanctificatio nostra. Ecce ergo nomina abstracta,  
 ipse est anima mundi, immo plusquam anima, nam  
 per eum vivimus, non modo temporali sed aeternam  
 in carne lucrificet, plusquam splendorem gloriae ego  
 dicere vellem, nam Dominum gloriae crucifixum di-  
 cit Paulus, ipse est Stella splendida et matutina, ser-  
 tantum habent de humanitate errorem conceptum,  
 ut non possint de Christo bene sentire, erri-  
 sescunt, cum gloriae splendorem vocare, cum ipse  
 dixerit, Ego sum lux mundi. Ex dicendis, longe maio-  
 re sibi convenire cognosces, ipse enim est lux Dei,  
 lux gentium, splendor faciei eius totum coelum illu-  
 minat, et universa in futuro seculo illuminabit, Apo-  
 calyp: 20. Eum esse virtutem Dei qua constituta sunt  
 universa, satis supra dictum est. Tamen quoad men-  
 tem Apostoli 1. Cor. 1. hoc dictum eo fecerit, quod ser-  
 mo de crucifixo Christo, licet aliis sit stultiti-  
 a, alijs tamen potentia Dei est: mirabili enim virtu-  
 te mundum sua ditioni subiecit et subiciet, et sine  
 strepitu armorum mentes ducit captivas.  
 De sapientia Dei in qua sunt omnes thesauri sapientiae

## DE TRIVITATE

et scientia absconditi in comprehensibilem sapien-  
tiam, in arcano reconditam, et patefacta verbo pa-  
tefactam, in sequentibus agnosces. In hoc solo nunc  
dicere sapientiam, licet verba ejus sint apud te puri  
ponderis. In Christo est universa Patris Sa-  
pientia, in ore ejus nova lex, et veteris legis in-  
pretatio, verbum dei, quod Patris cognitionem fa-  
cit. Gatasne ridiculum dum dicit Magister servata  
qua a Patre audiverat, nobis referre. Ad hoc igitur  
fendit mens Banti in dicto cap. i. Cori. de Chri-  
sto inquit qui factus est nobis sapientia a Deo ju-  
stitiarum, et sanctificatio, factus sapientia a Deo dum  
dei sapientiam nobis patefacit, nam sermo crucis  
est sapientia dei et potentia, qua omnia inducit. Be-  
lus contra sapientiam hujus mundi, qua stultitia est,  
in conspectu dei. Et signanter contra Aristotelem  
de sapientia graecorum loquitur et mirandum, quod  
ab Aristotele plusquam a Deo sapientiam quaeri-  
mus: et diligentius, ut eius verba excusamus, mi-  
gilamus. Si ille in tenebris erat, quomodo nobis lu-  
cem dare potest? Magistri nostri est doctrina qua  
fallere non potest, scilicet, quod caecus coccum ducere  
nequit. Si liber de collo descenderet, credis malum  
quid super fluvium et ad eruditionem in portum in  
eo posse contineri? omnem philosophiam et scien-  
tiam.



## LIBEL III.

79.

tiam ego in Biblia reperio, nomine clare videtur quomodo  
 de Paulus isti quærorum sapientiam reprobat et  
 mundanam esse dicit. Nec te seducat quod filij hujus  
 seculi prudentiores sunt filijs lucis lege obsecro  
 milles Bibliam, nam si eam legendo gustum non ca-  
 pias, eo est quia perdidisti Clavem Scientia? Chri-  
 stum, quam sine intermissione pulsentis facile  
 recuperatis.

Præterea quæritur quomodo Christus di-  
 catz à patre exisse. Et hoc videas quomodo Isaac  
 exivit de visceribus Abraham, gen. 15. quomodo lex  
 quæ est umbra corporis Christi, exivit à Deo  
 et coelo loquente, quomodo Evangelium emanat ab  
 Spiritibus Legis, quomodo à lapide exiit ignis scin-  
 tilla, quomodo manna è coelo datum est, quomodo  
 Moyses è petra egredi fecit aquas, nam iste est pro-  
 prius exitus Jesu Christi, qui est lapis qui  
 exiit de monte Sine manibus absicitus Item, Joan 16.  
 Ex hoc quod scis omnia credimus quod à patre exi-  
 sti Et Joan 14. ex miraculis quæ fecit in fert, cogno-  
 verunt vere quod à se exiit, sed quomodo ex mira-  
 culis cognoscebatur ille metaphysicus exitus, qui  
 nec proprie dici potest exitus. Item ipse declarat se-  
 exisse, quia pater eum misit et hoc iterum declarat  
 dicens, non enim à me ipso veni, sed ille me misit -

## De Trinitate

Sicut etiam, exist edictum à Caesare Augusto  
Luce 2. et Nume II. ventus exiit à Domino, et  
ab eo exeunt nuncij, Ezek. 30. Et si familiaris hanc  
exitum cognoscere Desideret, in sequentibus appa-  
rebit, si speculeris Christum fuisse ab initio  
personaliter in Deo, nunc vero esse realiter inter  
homines, et iste est eius à Deo propriissimus exitus.  
Quaestio alia, an concedamus verbum olim fuisse  
filium. Haec quaestio libro ultimo euadet clarissima.  
Hoc tamen nunc dico quod in Prophetis semper fu-  
turus praedicabatur Dei filius: et siquid tuo sensu  
hic velis effingere, audi prius prophetas. Mala. 4.  
Orietur vobis Sol iusticiae. Et Esa. 45. Aperietur ter-  
ra et germinabit saluatorem. Et Cap. 11. egredietur  
vir de radice Jesse. Et Hier. 30. Orietur dux eius ex  
co, et princeps de medio eius producietur. Et Nu-  
meri 24. Orietur Stella ex Jacob. Distingue tu sicut  
velis, nam id quod oriatur filius erit. Et Esa. 7. Ecce  
virgo concipiet et pariet filium. Et i. Paralip. 13. et  
2. Reg. 7. Ero ei in patrem, et ipse erit mihi in filium  
et angelus, Filius, inquit, altissimi vocabitur, Luc. 1.  
Item, crederis tu quod Iohannes voluntate humana lo-  
cutus verbum potius quam filium dixit. Nisi osten-  
dere poteris unum iota quo verbum illud filium ap-  
pellarit scriptura. Item, de verbo illo tam in Evan-  
gelio

gelio quam in Epistola dicit Joannes, quod erat olim  
 sed de eo nunquam legitur, est, quam differentiam  
 et modum loquendi, tu non animadvertis. Sed in =  
 fra hoc tibi reddam indubitabile, si magis loquen =  
 di scriptura diligenter observet, interim tamen de  
 verbi aeternitate et initio sic inquiram.

Ex supra dictis libro secundo est satis notum, q  
 cressus verbi est ad initio mundi, nam antea si an =  
 tea dici possit, non potuit dici logos, quod est dicen =  
 di ratio, et contra vocabuli naturam est dicere q  
 inferiorum ad intra in intellectu noticiam signifi =  
 casset, quod figmentum esse falsum, ostendem in fra.  
 Et si fuisset alius mundus, forte nec de sermone, nec  
 de spiritu fuisset mentio. Sed potuisset Deus novis di =  
 sputationibus uti, nam haec verbi dispositio, est mun =  
 di oeconomia, et tanquam granum sinapis ad os ele =  
 phantis. Te oportet murem ad oris tui prolatio =  
 nem reducere. ipsi dicunt tres illas res etiam initio  
 Deo manere debuisse, dicunt enim q hoc est de ne =  
 cessitate naturae, quibus Tertulianus expresse con =  
 tradicit, dicens, Deum ex puro bene placito usum  
 tot dispositionibus quot voluit, pro mundi scilicet  
 regimine: et ad hoc Christi regni institutio  
 expectat, ut dicam statim, et si Deus alius mundus  
 creasset, potuisset loco sermonis spiritus et rationis

## DE TRINITATE

nostra novas creaturas, cum alijs potentijs à no-  
stris penitus diversis formare et secundum eorum  
exigentias in seipso dispositionibus uti, et tunc di-  
xissent illius seculi philosophi quod illæ dispositio-  
nes essent res distinctæ, et sic quilibet manus in  
sua nova Trinitate novas res pro Deo coleret, et  
aliqui haberent trinitatem, alij quaternitatem, si  
Deus aliquando quatuor dispositionibus uteretur,  
et isto modo pro numero mundorum multiplicaren-  
tur & sui iuda.

Aliqui hic de æonum æternitate imaginarias fini-  
gunt quaestiones, nec attendunt in quo sensu scriptu-  
ra de æternitate loquat, quod ex hebraica lingua  
ignorantia provenit. Querunt an Deus erat so-  
litaris et ociosus antequam mundum crearet et  
dicunt quod non, sed cum illis tribus rebus spaciatus  
sua. Ita de ante loquunt, quati in Deo reperian-  
tur ante et post: in Deo etiam ex tempore mutatio-  
nem arguunt, quia antequam hæc res esset, volebat  
eam futuram, et post nollet eam futuram: et sic  
ut aiunt, obiecto in hac propositione, hæc res futu-  
ra est: allegorice concedunt, Deum prius circa il-  
lam habuisse velle, et post habuisse nolle circa ean-  
dem in eodem sensu.

Ad quæ omnia respondeo, et in Deo prædestinatio  
non

non distinguitur ab eo quod est, nec in Deo reperiuntur volebat, volent, futurum, praeteritum: Sed vult hanc rem taliter fieri, et talem esse terminum eius: Nec propterea dico praescientiam Dei nihil esse, nam Scriptura hominibus loquitur, et nobis qui sub tempore sumus vere aliquid est, nec est possibile profunditatem sapientiae Dei aliter nobis declarari, ne forte quis credat Deum de futuris ignarum, cum tamen nihil sit ei futurum. Nihil propterea Deo detrato, nam id quod apud Deum dico plus est quam praescientia scilicet omnium rerum. Summa praesentia. Et hoc nota, nam quidam de hac praescientia Dei temporaliter iudicantes, Deum in futuris necessitate ad omnia astrictum faciunt, dicunt enim omnia de necessitate (etiam in conspectu Dei necessaria) evenire, ut tandem servum sit Dei de futuris arbitrium, et omnibus rebus quae erant demonstratis nullam illarum Deus, nec impedire nec mutare possit, quod est perhorrendum, et super falso fundantur, iactis scilicet in praeterita Dei scientia radicibus, cum tamen nihil sit ei praeteritum, scientiae eius nullum est tempus nec numerus, res supra res usq. ad Deum se considerare dicunt, et non considerant quod Deus est supra tempus, et quod Dei dispositiones sunt supra suam considerationem.

De captivo  
et seruo Dei  
arbitrio, se-  
cundum Lu-  
theranos.

DE TRINITATE.

Dico igitur quod nec deus, nec verbum eius per  
sempiterni intervallum ante mundum fuerunt, nec  
scriptura de aternitate verbi, eo modo, quod ima-  
ginariis loquitur: omnis enim aternitas hebraice est  
□ huius quod nihil aliud quam mundum et dies se-  
culi significat, et ab initio, ab aeterno, a diebus secu-  
ri, a diebus aternitatis, pro eodem in scriptura ca-  
pitur, quod etiam ex adiectione, diebus, declaratur,  
id enim est aeternum, quod certo dierum numero  
non clauditur, nec est intelligibile qualiter cum suis vo-  
num aternitatibus, res dicatur coepisse esse, et ab  
aeterno, dicatur filius genitus et productus, fig-  
menta enim sunt imaginaria, qua scriptura limites  
transgrediuntur: nam Joannes dum dixit, ante me  
factus est, ad principium mundi se refert, sicut,  
quando dixit, in principio erat verbum.

Item Christo regnum dicitur, miles aeter-  
num, tamen in consumatione seculi restituet eum deo  
patri 2. Cor. 15. et act. 8. non quod aliquid gloria  
Christo detrahetur, imo summa erit eius glo-  
ria, ad finem usque omnia recte gessisse, patrique ut in-  
stendebat subiecta fecisse, et hoc erit reddere regnum  
Deo patri, sicut universi exercitus Dux imperatori,  
victoria palmam offert; Item quia tunc omnis reg-  
nandi ratio cessabit, abolebitur omnis Principatus  
et

et potestas, omne spiritus sancti ministerium cessabit, non indigebimus advocato nec conciliatore, sed erit Deus omnia in omnibus, et sic tunc cessabit Trinitatis oeconomia. Tertullianus etiam cessaturam dicit Trinitatem, quod nota, sicut et nunc aliter est Trinitas qua fuerit olim, ut insequentibus ostenda Deus igitur et verbum eius aliter quam temporis anterioritate fuerunt ante mundum, scilicet sicut causa ante effectum, et haec est anterioritas, naturalis, vera, et magis Deo appropriata quam anterioritas temporis, qui coram ipso nullum est tempus. Item, ut Tertullianus inquit, manifestatio sermonis qua ad filii generationem tenderet, facta est ab initio ante principium, et in ipso principio, quia primum principium prolatio verbi, dixit Deus, fiat, ex qua sequitur creatio mundi, et factum est, nec antea dici poterat sermo, quia non dicitur sermo, nisi quando per prolationem manifestatur.

Finaliter hic hortari te volo, ut contremisear, quando Jesum Christum negas, et considera qua efficacia quo verborum impetu dixit Iohannes, quisquis confessor fuerit quod Iesus est filius Dei, in eo manet, et ipse in eo: et omnis qui crediderit IESUM esse Christum, ex Deo natus est. Et quis est qui vicit mundum, nisi qui credit

## DE TRINITATE.

quod Iesus est filius Dei et credentes quod IESVS  
 Christus est filius Dei, vitam aeternam ha-  
 bebunt in nomine eius. Quid plura dicam, uniuersam  
 Christi verba ad hoc tendunt, ut eum esse fi-  
 lium Dei omnes crederent, in eiusque salute confide-  
 rent, et hoc est mihi potissimum fundamentum, nam  
 Christus est mihi unicus magister, Chri-  
 stus primus praedicauit Euangelium, in cuius di-  
 ctis uniuersam Apostolorum doctrinam reducere vi-  
 deo: omnes Apostolorum praedicationes, in actis  
 hoc ipsum agunt, ut hunc IESUM ad oculum de-  
 monstratum persuaderent esse Christum fi-  
 lium Dei saluatorem. Pro nobis in credentibus pa-  
 trem rogat Christus, Ioan. 17. Pro illis, in-  
 quit, qui per sermonem Apostolorum credituri sunt  
 in me. Omnes Pauli iustificationes hanc Christi  
 fidem respiciunt, ab hoc fundamento fidei deficien-  
 tes, Lutherani nunquam intelligere potuerunt, quid  
 est iustificatio. Paulus ad hanc fidei Christi  
 obedientiam destinatum dicit Apostolatum suum, Ro-  
 ma. 1. et ultimum. Vere enim est obedientia et sum-  
 me Deo grata, dum ita captiuamus intellectum no-  
 strum in obsequium Christi, ut ita nobis per-  
 suadeamus, credamus et confidamus, imo sic dile-  
 xit Deus filium suum, ut hoc unicum de fide in Chri-  
 stum

Ad hoc datus  
 est spiritus  
 sanctus, ut  
 verborum  
 Christi signi-  
 ficationem eos  
 doceret, Jo-  
 han. 14.



stum proceptum sit loco uniuersa legis subrogatum  
et longe maior in eius oblatione utilitas.

Item ex hoc quod credimus eum esse filium dei,  
et nos filii dei efficiamus, Ioan. 1. et Gal. 3. Item, ex  
hac Christi fide provenit datus spiritus sancti  
Ioan. 4. Qui crediderit in me, flumina de ventre eius  
fluent atque uina. Hoc enim, interpreti Ioanne, dixit  
de spiritu sancto quem accepturi erant credentes  
in eum. Idem probatur Ephe. 1. Gal. 3. et 1. et 19.  
Quot locor uide, et dic, quid est quod dicitur, post-  
quam credidimus et postquam credidisti. Credite  
ergo IESUM Christum esse filium DEI,  
et illico spiritum sanctum uobis datum percipietis,  
qui uos omnia intelligere faciet. Volo iam scire an  
sis Christianus. Dic mihi qua eplex Christianorum?  
quid intelligit per testamentum seu foedus nouum?  
quod est foedus patris Hier. 31. et Ezech. 37. Quid  
intelligit per Euangelium Christi? Quid est  
quod Christus dicebat, credite Euangelio?  
quid est Euangelium commissum Apostolo, ut pra-  
dicarent? Nec mihi satisfacias, librum hunc a quatuor  
Euangelistis conscriptum demonstrans, nam hoc ni-  
hil aliud est nisi enarratio historice, ad hoc solum ten-  
dens, ut Christum esse filium DEI creda-  
mus, pro quo est textus expressus Ioan. 20. Huc scri-

## DE TRINITATE.

pta sunt, ut credatis, quod IESVS est Christus  
filius Dei. Similiter Epistola Pauli nihil est nisi  
documenta ad edificandum super hoc fundamenta  
Christi, tam enim cretenus, illis ad quos scri-  
bebat, IESVM esse Christum et Dei filium  
predicauerat. Item, antequam Apostoli scriberent,  
iam erat a Christo predicatum Evangelium,  
quando gausta, et regnum Dei, ipsum credentibus  
esse filium Dei, annuntiabat. Iam erat super hoc arti-  
culo ecclesia fundata, super hoc articulo mortuus,  
quia filium Dei se dicebat, super hoc articulo coele-  
stis vox semel et iterum testificatur, iam erat per  
ipsum data lex fidei et testamentum eius sanguine  
confirmatum, sicut et olim Exod. 24. confers foedus  
foederi et sine foedere esse reperies: nam si  
nescias quod religio Christianorum est credere hunc  
IESVM esse Christum et Dei filium sal-  
vatorem, dico tibi quod tu non es Christianus, nullus  
habes cum Christo foedus nec pacem. Hoc est  
foedus salutis nostrae, et in signum et huius foede-  
ris arram datur Spiritus. De hoc dictum est, qui non  
crediderit, condemnabitur. Hoc est verbum Evan-  
gelii, corda purificant, Acto. 15. Hoc est quod Apo-  
stolis est predicandum commissum, praecepit no-  
bis, inquit Petrus, ut predicaremur ac testificare-  
mur

mur, quod ipse sit ille, Acto. 10. Et talia credentibus  
 bonum nuncium annunciatum, et hoc est Euangelium  
 regni, epiñde regnum dei nobis unice euangeliza-  
 tur, et qui non credit ipsum esse filium dei, nescit  
 quid est Euangelium, nec cognoscit quale est regnum  
 dei, quod iam credentes acquisiimus, quod intra  
 nos est, licet mundus huius regni fructum nesciat.  
 Nota etiam ordinem Apostolicae praedicationis  
 in eorum Actis, nam primo IESVM vitam a Na-  
 zareth ad oculum demonstrant, nec in hoc con-  
 sistit fides nostra. Sed post exhortantur, ut credam hunc  
 IESVM esse CHRISTVM et esse filium dei.  
 Nos tamen omnem pervertimus ordinem, contenti su-  
 mus, si dicamus, quod credimus in IESVM Chri-  
 stum, non quis ille sit: nec cum caeco illo illumi-  
 nato curamus inquirere quis sit ille filius dei, sed oc-  
 dere in filium dei, erat gentilibus philoso-  
 phis stultitia, cum et hodie hoc esse subtilissimum ar-  
 bitrentur, imo eum esse filium dei, nec audire nec  
 agnoscere nolunt, et cum Caipha exclamant, blasphe-  
 mavit, quia dixit, filius dei sum. Plainissime enim, mul-  
 ta in hoc, de verbo consideratione habita, se esse fi-  
 lium dei, toto orbe clamavit, ut ex sola prima Pau-  
 li praedicatione clarissime agnosces, Acto. 9.

## DE TRINITATE.

Aliqui eum dici filium Dei, ore tantum concedunt, quia addunt, eum dependenter dici filium et coniunctim cum alio inuisibili filio et totum illud est unum aggregatum et unus filius.

Alii IESUM Christum naturæ humanæ vocabulum fatentur, filium tamen rationem ab hominibus negant. Sed hoc quod aliud est, quam negare CHRISTUM esse filium Dei: dicunt enim quod alia est natura filii, alia est natura IESU Christi et filius Dei se uniuert Christo, ut Valentinus dicebat. Ego igitur pure et sincere concedo, et credo hunc IESUM esse Christum, et esse Dei filium, et qui non ita credit, iam indicat eum. Contra hanc Petram dixit verissime Christus, non preualituras portas inferi, quas tamen praua uise nobis, multis modis experimur, et petram ab esse non animaduertimus: ab hac petra, dicitur Petrus, quia præ cæteris erat in Christi fide robustus, pro ea fide rogauit, Christus pro Petro, ne deficeret fides eius, scilicet, qua ipse esse filium Dei, fuerat confessus. Volue quatuor Euangelia, quia non reperies, literam, quæ de hac fide non loquatur.